373.

Landgraf (Ludwig II.) bittet den König, ihm das Gut, um das er ihn neulich gebeten, zu übertragen. In Sachen des Herzogs von Böhmen werde er ihm auf dem Reichstage beistehen. **[Um 1170.]**

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 42. Bibliothek Pommersfelden.
Gedr.: Oesterr. Archiv 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 57.
Anm.: Landgraf Ludwig II. † 1172. Gemeint ist Herzog (König) Wladislaw II. von Böhmen, der, mit seinem Sohne zum Hoftage nach Nürnberg geladen, nicht erschien. Vergl. Prutz, K. Friedrich I. 2,204.

Gloriosissimo regi lantgrafius fidem atque servitium. Littere serenitatis vestrę plurimum mihi leticię contulerunt, et, quia nichil me apud vos [non] impetraturum scio, ut predium, pro quo nuper vos adii, mihi detur, exoro. De duce autem Boemiorum satis compertum habeo, unde ad curiam in tempore veniam et in omnibus, quę preceperitis, adiutor existam.

374.

Kaiser Friedrich I. schreibt an Herzog Heinrich den Löwen, daß der Herzog (König) von Böhmen (Wladislaw II.) sich geweigert habe, auf dem Reichstage zu erscheinen. **[Um 1170.]**

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 41 b. Bibliothek Pommersfelden.
Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 56.
Anm.: Vergl. No. 373.

Dei gratia Romanorum rex Saxonico duci salutem et gratiam. Quoniam te mihi semper fidum cognovi, placuit iniuriam nostrę potestatis tuę patefacere dilectioni, qua Boemiorum dux curiam nostram contempsit, neglector existens imperialis ędicti. Igitur habita curia consultis regni primatibus regiam in hoc iniuriam vindicabo, nisi forte tui causa, quia te affinem sibi et amicissimum scio, aliquid de censura ęquitatis relaxavero.

375.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg bestätigt dem Kloster Bosau die vom Bischof Udo von Naumburg erhaltenen Schenkungen und nimmt dasselbe in seinen Schutz. — Zeugen: Markgraf Otto und dessen Brüder Dietrich, Heinrich, Friedrich und Dedo. **1171 Mai 7.**

Hdschr.: Chart. Bosav. (Saec. XIV.) S. 3. Kgl. Bibliothek Dresden.
Gedr.: Schöttgen und Kreysig SS. 2,431. v. Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeb. 1507.
Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 365.

— — Testamenti huius testes sunt hii. Uto Nuenburgensis episcopus. Gwalo Hauelbergensis. Willimarus Brandeburgensis. Martinus Misnensis. Eberhardus Merseburgensis. Sigefridus abbas de Monte. Rukerus maioris domus prepositus. Sigefridus decanus. Iohannes magister. Theodericus. Burkardus. Henricus. Witoldus et tota Madeburgensis ecclesia. Heydenricus prepositus de Halle. Ekehardus de Monte prepositus. Guntherus de Gratia Dei. Otto Misnensis marchio et fratres eius Thidericus,